



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

14 Censuræ cum pacto, vt sit liber ab omni onere, iustè imponi potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO VIII.

Ex cons. 8. alias 12. de censib.

Cum mens. & voluntas condentis legem consideranda sit. eaque mens. Pontificis in constitutione illa. quae de Censibus edita est. fuit. ut contractus usurarii auferretur. qui fieri solent sub specie pauperum de retrouendendo & emendo pretio minore iusto propter gratiam. & facultatem. quam ementes faciebant vendentibus de redimendo. quando vellent. vel v. que ad certum tempus. ut clarum sit. Pontificem de Censu temporalis & redimibili solum illam intellexisse. consequenter stante etiam Bulla Pij V. super constitutione Censuum. census perpetuus sine circumstantiis dictae Extravagantis iuste constitui potest. non solum ex eo quod Bulla haec nihil de Censu perpetuo meminit. & lex exorbitans a iure antiquo communi extra causam extendenda non est. Quae a iure. de regu. iur. in 6. maxime in re iusta. qualis est constitutio census perpetui. cap. Eleuther. 28. q. 2. & ca. praeterea. de iure patron. sed etiam quia ratio. mens. & intentio legislatoris in censu perpetuo. & irreducibili cessat. ut palam est.

DECISIO IX.

Ex cons. 9. alias 18. de emptio. & venditio.

Census super re certa immobili. & fructifera ab q. ve. tri valoris inquisitione poni potest. & factus est quod sit res immobilis. quae vere reddere possit quotannis tantam vel maiorem quantitatem redditum. quam sit census eius impositus. nec iure aliquo antiquo. vel nouo iustum census annui pretium definitur. sed secundum varietatem regionum variari potest. sicut nec iure aliquo praescribitur tempus. quo census huiusmodi solui debeat. sed secundum loci consuetudinem vel in fine semestris. vel in fine anni solvendus est. vel alio tempore. quo inter partes non conveniant. ut solvatur census priusquam mos regionis habeat aut ut detur fideiusor de soluendo censu tempore debito quia cum per Extravagantem Pij V. venerint omnia pacta. quibus venditor census grauetur ultra ius commune. & iure communi nihil de tempore soluendi. aut de datione fideiusoris de soluendo censu tempore debito. statutum est. consequens plane est. non posse pactum aliquod ad ius. quo venditor grauetur ad dandum fidei usorem. vel ad censum ante tempus consuetum regionis persolvendum.

DECISIO X.

Ex cons. 10. alias 5.

Subsidium charitativum a personis clericorum ratione suorum beneficiorum peti potest c. conquirente. de officio ord. c. cum Apostolus de censib. quantum tamen esse debeat. non est iure definitum.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 2.

Visitor ratione officij sui aliquid male accipiens. ipso iure suspensionem incurrit. c. exigit. de censib. in 6. & C. c. Trid. c. 24. c. 3. de ref. ab ea tamen absolui potest. dummodo intra mensem simplicem. siue tantum quantum via concussionis accepit. restituat. Arg. cle. 2. Si. de haeret.

DECISIO XII.

Ex cons. 12. alias 5. de immunit. eccles.

Sacerdos bona patrimonialia habens. & ordinatus ad illa data ei pro titulo ordinationis. post Concilium Tridentinum sess. 21. c. 12. de ref. ad soluendas collectas laicis impositas vel imponendas de huiusmodi patrimonio. plus quam de alijs bonis Ecclesiae non tenetur. cum bona huiusmodi ratione tituli. ad quem ordinatus est. privilegij Ecclesiae. & bonorum ecclesiasticorum. etiam in casibus a iure non expressis gaudeant. quas si sponte soluat. licet excommunicatione non incurrit. grauitate tamen peccat. c. aduersus. de immunit. eccles. & eas exigens. ultra peccatum censu tam excommunicationis incurrit c. Non minus. tit. eod.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. alias 7.

Cum ex inuestituris diuersis Marchionis Mantuae eius Regalia habere costet. nec ab eo appellatur. quam-

uis nouas gabellas iniuste imponendo peccat. ca. Innouamus. de censib. Man. c. 27. n. 61. in excommunicatione tamen Bulla Cænz. quae contra solos non habentes ius eas imponendi fertur. ut ait Nau. in Man. c. 27. n. 61. non incidit.

DECISIO XIV.

Ex cons. 14. alias 19. de emptio. & venditio.

Cum constitutione Pij V. de Censib. edita. anno 1569. constit. 80. in ordine in ep. Cum onus illa solum pacta vetantur. per quae venditor census ad aliquid obligatur. ad quod iure communi non tenetur praeterquam ad solutionem census. consequenter census super aliquo praedio certo. & finibus recte designato. ut ab omni onere. impositione. gabella. & vectigali liber solvatur. licet constitui potest. ita ut venditor. & non emptor. ab huiusmodi onerum solutione liber intelligatur. quia per tale pactum ad id solum obligatur emptor. ad quod soluendum de iure communi tenetur emptoris enim est. non venditoris. impositiones. & gabellas ratione praedij impositas soluere. secus vero si ad eas soluendas venditor census obligaretur eo quod hac ratione ad aliquid ex pacto soluendum ipse venditor Censu obligatur. ad quod de iure communi non tenetur. quod praesata constitutione prohibetur.

DECISIO XV.

Ex cons. 4. in Nouis. deest in antiquis.

Cum consuetudo non solum dat iurisdictionem. c. coquestus. 9. q. 3. sed etiam inducit obligationem praesertim ad aliqua annua. Arg. c. seruitum 18. q. 2. & munera. quae olim fuerunt consuetudine transire possunt in debita. l. si certis annis C. de pac. inde fit. ut quamuis Episcopi. & alij a muneribus abstinere iubeantur. Exo. 23. & Deut. 16. poterunt tamen a ciuitate. vel ab ecclesijs. & Monasterijs eius aliqua munera illis in primo eorum aduentu dari consuetudine accipere. tanquam debita. immo & recipere tenentur. ne & successoribus praedictent.

DECISIO XVI.

Ex cons. 6. in Nouis. deest in antiquis.

Quamuis Gabella imponere ius sit reuerentum Principi pertinens ad regalia. cap. 1. quae sunt regalia. in vsu feud. ciuitas regia sine regis consensu eam imponere nequit. accedente autem Regis consensu. quamuis iusta cautela eam imponendi non adit. eamque imponendo peccat. in Bulla in tamen cænz contra imponentes nouas gabellas non incidit. quando quidem haec non contra omnes imponentes. sed solum contra imponentes. & ad id potestatem non habentes fertur ex Naua. in Man. c. 27. n. 61. Rex autem ad id potestatem ordinariam habet. & ciuitas delegatam habere potest.

TITVLVS XXXII.

De Consecratione Ecclesiae.

SUMMARIVM.

- 1 Locus primus Congregationis clericorum Regularium est Roma.
- 2 Reconciliatio cæmeterij polluti. quando & quomodo fieri debet.
- 3 Parochi. indumenta altarium. & alia quaedam benedicere possunt.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 9. de maior. & obed.

Locus primus Congregationis clericorum Regularium. qui vulgo Theatini appellantur. merito Roma haberi debet. cum illic primo Congregatio haec instituta. & a Papa Clemente Septimo confirmata fuerit. ibique in Ecclesia Sancti Siluestri habitare primo omnium coeperit.

DECISIO II.

Ex cons. 1. in Nouis. deest in antiquis.

Cum reconciliatio seu rebenedictio cæmeterij polluti eisdem omnino casibus. facienda sit. qui-